



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCCCLXXII. ad annum DCCCCIX.

Parisiis, 1644

VIII. De sponsa fornicata. Ll. Sax. cap. 10. Iorn. 12.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15967

Si quis factiosus incurrat, vel ad eam confugiat, nullus eum septem diebus contingat vel extrahat. Si quis hoc præsumat, culpabilis sit infractionis regie pacis & ecclesie: & amplius, si forisfaciat; amplius, si pro fame viuere possit, si non, * in prælietur. Si æditui maius opus habeant * ecclesie sue, custodiant eum in alia domo quæ non habeat plura ostia quam ecclesia, & caueat ipsius ecclesie senior ne interim reum pascant. Si inimicis suis arma sua reddiderit, & se dederit, seruetur triginta noctibus, & parentibus & amicis suis * offeratur.

Item qui ad ecclesiam confugiet pro quacumque culpa quæ non * propalata sit, & eam in nomine Domini gratis * confitetur, dimidium forisfacti condonetur ei.

V.

Qui furatur die dominica vel in sancto natali, vel in pascha, vel * in ascensione Domini, in quolibet eorum volumus dupliciter emendandum sit, sicut in quadagesimali ieiunio.

VI.

Si quis in ecclesia furetur aliquid, restituat hoc semel, & forisfactum sicut ad angildum pertinet: & amputetur ei manus de qua furatus [est.] Si manum redimere velit, & hoc ei permittatur, componat sicut ad vveram eius pertinebit.

VII.

Si quis sanctimoniam ab ecclesia duxerit sine licentia regis aut episcopi, det centum viginti solidos, dimidium regi, dimidium episcopo, & ipsius ecclesie domino cuius monacha fuit. Si ipsa diutius viuat quam qui eam abduxit, nihil de pecunia eius habeat. Si infantem procreauerint, nihil inde habeat infans, sicut nec mater eius. Si puer eorum occidatur, habeat partem rex matris cognationis, parentes patris partem suam habeant.

VIII.

Si quis fornicetur cum vxore hominis † *Tvvelshindes* emendet ipse marito 120. solidis: homini † *Sexhindo* 100. solidis, † *cyrlicco* 60. solidis emendet, & hoc in viuenti † capitali componatur, & nemo vendatur pro eo.

IX.

Si quis * cyrlisæ femine pectus apprehendat, 5. solidis * pagana

† qui 1200.
æstimatur.
† qui 600.
† pagano.
† pecude.